Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dam mirabilium tuorum que fecerat eis · et induraverunt ceruices suas
et tetenerunt caput ut conuertent ad
seruitutem suam · Tu autem deus pro
pitius et clemens · misericors · longa
nimis et multe miseracionis · non
dereliquisti eos · quidem cum fecissent
sibi vitulum · dixerunt iste est deus tuus qui
eduxit te de egipto · fecerunt que blasphe
mias magnas · tu autem in misericordi
is tuis multis non dimisisti eos in de
serto · columpna nubis non recessit ab
eis per diem ut duceret eos in viam · et
columpna ignis per noctem ut ostende
ret eis iter per quod ingrederentur · et spiritum
tuum bonum dedisti eis qui doceret eos
et manna tuum non prohibuisti aore
eorum · et aquam dedisti eis in sitim · xl
annis pavisti eos in deserto · nihil que
eis defuit · vestimenta eorum non inue
terauerunt · et pedes eorum non sunt attri
ti · et dedisti eis regna · et populos · et partiti
es eis sortes · et possederunt terram sehon
et terram regis esebon · et terram og regis
basan · et filios eorum multiplicasti sicut
stellas celi · et adduxisti eos ad terram de
de qua dixeras patribus eorum ut ingrederent
et possiderent eam · Et ingressi sunt filii
eius · et possederunt terram · et humiliasti co
ram eis inhabitatores terre chanaan · et dedis
ti in manus eius · et reges eorum · et po
pulum terre ut facerent eis sicut placeb
at illis · Ceperunt itaque urbes munitas
et humum pinguem · et possederunt domos
plenas cunctis bonis · cisternas ab
illis fabricatas · vineas · et olivetas · et ligna
pomifera multa · et comederunt · et satu
rati sunt · et impinguati sunt · et inunda
uerunt deliciis in bonitate tua magna
Provocaverunt autem te ad iracundiam · et re
cesserunt ate · et proiecerunt legem tu
am post tergum suum · et prophetas tuos occide
runt qui contestabantur eos ut reuer
terent ad te · fecerunt que blasphemias
grandes · et dedisti eos in manus hosti
um suorum · et afflixerunt eos · in tempore
tribulacionis sue clamaverunt ad te · et tu
de celo audisti eos · et secundum miseracio
nes tuas multas dedisti eis saluato
res qui saluarent eos de manu hostium
suorum · Cumque requiem habuissent rursus
sunt ut facerent malum in conspectu
tuo · et dereliquisti eos in manu inimico
rum suorum · et possederunt que eos · con
uersi que sunt · et clamaverunt ad te · tu audisti
de celo · et audisti · et liberasti eos in miseric
dius tuis multis temporibus · Et contes
tatus es eos ut reuerterentur ad legem tu
am · Ipsi uero superbe egerunt · et non audie
runt mandata tua · et in iudicis tuis
que qui faciet ea vivet in eis · Et de
derunt humerum suum recedentem · et
ceruicem suam induraverunt · nec audi
erunt · Et protraxisti super eos annos
multos · et contestatus es eos in spiritu
tuo per manus prophetarum tuorum · et non
audierunt · et tradidisti eos in manu
populorum terarum · In misericordiis a
tuis plurimis non fecisti eos in consump
cionem · nec dereliquisti eos quoniam
deus miseracionum · et clemens tu es ·
Nunc itaque deus noster deus magnus · et
fortis · et terribilis · custodiens pacem et
misericordiam · ne aestimetur parum tuam in
omni labore qui invenit · et reges no
stros · principes nostros · et patres no
stros · et sacerdotes nostros · et prophetas